



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. XXXVIII. De Traditione castri Nakel, & depraedatione Terrae
Pomeraniae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

hic victoriam obtinebit. Marschalcus itaque dum exercitum Ducis vellet invadere, iterum in prælio Svventopolcus ex primâ strage habens certa indicia & signa evidenter Deum sibi terribiliter offendit, & divinæ protectionis clypeum à se recessisse, non dubitans, meticulosus factus fuit, & ideo emarcuit cor ejus, quod ipse cum multis paucos non audebat aliqualiter expectare, sed in fugam conversus cum suis processit & hostium tentoria combussit, timens dicti Ducis fraudulentam malitiam, tamque dolosæ vulpis astutiam, quæ sapè fallit ingenium venatoris, non audebat sequi fugientes; sed per totam diem conservavit exercitum suum adunatum, firmans rupturas castrorum per impugnationes factas. Tandem in vespere, relictis ibi pluribus armigeris, recessit.

C A P. XXXVIII.

De Traditione castri Nakel, & deprædatione Terra Pomerania.

Legatus sedis Apostolicae, qui continuis curis & solitudinibus urgebatur, circa fidei negotium, ut proficeret & inimicus fidei Dux Pomeraniæ deficeret. Videns, quod bellum inciperet aliqualiter prosperari in manu Fratrum, vocatis ad se (a) de Polonia Duce Casimiro, & (b) Duce de Calis, & Fratribus, consuluit eis, ut cum exercitu procederent contra Svventopolcum, qui Mandatis ejus parentes, secesserunt cum magno exercitu versus castrum ipsius Nakel, figentes ibi tentoria sua, & castris ibi secundum militarem disciplinam collocatis, & erteatis i ibi (c) machinis & instrumentis aliis bellicis, & præparatis omni-

*Conradus Landgr. Thuring. V. Magister Ord. Gen.
Popo de Osterna II. Mag. Prussiae Provincialis.*

mnibus, qvæ ad impugnationem urbium necessaria sunt. Ca-
strenses perterriti, sub his conditionibus, ut salvis rebus & per-
sonis possent exire, castrum Fratribus tradiderunt. Qvi locan-
tes in eo Fratres & armigeros pro custodia, cum alia parte ex-
ercitūs intraverunt terram Pomeraniæ attingentes à fine usque
ad finem fortiter, sed non ssvaviter omnia disponentes, imo
qvicquid igne consumi potuit combusserunt, occisis plurimis &
mulieribus captis & parvulis cum præda maxima redierunt.

ANIMADVERSIONES.

AD CAP. XXXVIII.

- (a) Casimirus ille, de quo Dusburgensis noster, erat Dux Lenciensis & Cujaviensis, undè ipsum non vocat Ducem Poloniæ, sed *de Polonia* id est alicujus partis Poloniæ. Facile autem Casimirushic ad bellum contra Sventopolcum poterat à Legato Pontificio excitari, cum Sventopelcus Prussiam infestans, etiam in Cujaviam, qvæ erat in ditione Casimiri, impetum fecerit. *Vid. Salomon Neugebauerus lib. 3. Hist. Polon. in Boleslao Pudico pag. 147.*
- (b) Dux Calissiensis fuerat tunc Boleslaus.
- (c) Machinas illas antiqua Chronica Germanico sermone conscripta vocant Bleyden/ sive Bliden, *Vide qvæ infra ea de re notavimus ad cap. 114.*

CAP. XXXIX.

*De**Reformatione pacis inter Swante-
polcum & Fratres.*

HIS itaqve sic dispositis & à Deo misericorditer ordinatis,
Svantepolco Duci, qui pridiè tam duræ cervicis fuit & ob-
stinatis in perfidia, qvod nec prece nec precio nec minis flecti
potuit, qvod vellet redire ad S. Matris Ecclesiæ gremium, mo-
do